

# Alte Drucke

**Liber Quartus Psalmorum, In Quo Grande illud de  
Redemptione totius Adami, rerumque omnium ejus gratiâ  
Restitutione, Mysterium, hactenus Mundo ...**

**Serrurier, Pierre**

**Amsterodami, 1668**

**Psalm. C.**

---

#### **Nutzungsbedingungen**

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### **Terms of use**

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de) <urn:nbn:de:gbv:ha33-1-173812>

## P S A L M . C.

S E U

Nona CANTICI de Magno Sabbatho Pars, vel *Tuba Septima* & ultima Electorum Vox, hujus tam Regis quam Regni Gloriam omnibus Terræ Incolis commendans: exhibetque velut Laudis Dei, in illa die celebrandæ, *Formulam* quandam: unde peculiari Titulo dicitur *סָמֹר לְתֹרֶה Psalmus in Laudem*.

1. **O** Mnis Terra Deo date jubila; ferte Potenti Munera, & Excelsum latitiam colite!
2. Exultante animo Sacrosanctum Limen adite,  
Et JOVA faciem querite salvificam!
3. Hoc scitote omnes, quod Rex hic, nomine JOVA,  
Ipse Deus noster jure vocandus erit:  
Ipse etenim Verbo fecit nos, ipse redemit,  
Nos gregis illius quem sibi junxit, Oves.
4. Intrate in Portas, inque Atria Sacra, canendo,  
Totus jam resonet Laudibus aether ovans.  
Illi Nomen cantu, fidibusque sonoris,  
Laudate, ac variis concelebrate modis.
5. Nam Bonus est noster JOVA, & per Secula durant,  
Tam Misericordis Amor, quam sua certa Fides.

Hic clauditur **M**OSIS de Magno **SABBATHO CANTICUM**, estque velut Laudis Formula quædam in hunc diem concepta & scripto consignata, ut nempe omnes homines, per totum Terrarum Orbem, exactè informarentur, Quomodo hic Dies dignèst celebrandus, & Laus Dei concordi vocis & cordis harmonia annuncianda. In Capite horum Psalmorum Sabbathicorum dicebatur, Bonum esse Laudare Dominum, & Nomi Altissimi psallere: Annuciare manè Misericordiam ejus, & Veritatem ejus in noctibus. Psal. xcij. 2, 3. Nunc in calce horum Psalmorum exhibetur ipsa Laudis formula: Quomodo scilicet & Cur laudandus. Quæ Duo sunt hujus Psalmi Capita,

I. Omnis

## DE ARCANO REDEMPTIONIS

I. *Omnis Terra informatur, Quomodo sit Jehova dignè satis laudandus.*  
vers. 1, 2, 3, 4.

II. *Cur, aut qua de Causâ, nempe quoniam Bonus. Sc. vers. 5.*

I. *Quod Primum attinet, illud continetur his verbis, vers. 1.*

1. *Jubilate Jehovæ omnis Terra.* 2. *Servite Jehovæ in lætitia, ingredimini coram eocum exultatione.* 3. *Scitote quod Jehova ipse est Deus; ipse fecit nos, & non ipsi nos: populus ejus & pecus pascue ejus.* 4. *Ingredimini portas ejus cum celebratione, Atria ejus cum Laude: celebrate illum & benedicite Nomini ejus.*

Compellatur heic Omnis Terra; hoc est quicunque tunc in Terrâ superstites erunt homines; illi monentur, ut primum, Jehovæ jubilent, vers. 1. *Jubilate Jehovæ omnis Terra,* id est, præ Cordis lætitia & jubilo exclamate, prout fit Messis & Vindemiæ tempore. Deinde, accingant quoque se ad serviendum Jehovæ cum gaudio, & ad comparendum hilari vultu & animo, coram facie ejus; cum Laudis Cantico; non amplius cum illo tremore ac trepidatione ac olim, quando Deus nondum noveramus sicuti est; nec satis animo infixum tenentes, ipsum esse illum qui fecit nos, & semel factos continuò curavit, aluit, sustinuit & manu-duxit, non aliter ac Pastor Oves suas, donec tandem nos omnes nunc sub Tecto suo in unicum Ovile collegerit. *Servite Jehovæ in latitia, ingredimini coram eo cum exultatione.* *Scitote quod Jehova ipse est Deus, &c. vers. 2, 3.* *Scitote quod Jehova,* id est, Jesus Christus (qui nos adeo dilexit ut daret seipsum in redemptionis precium pro nobis) est Deus; imo Deus ille qui nos fecit, & bonum quodcumque in nobis operatus est; *Ille scilicet: & non nos ipsi.* Nos cùm simus pecus pascue ejus, ille verò Pastor noster. Denique Servitus illa, seu Cultus qui tunc ab omnibus Populis, Nationibus & Linguis in terrâ requiretur, recommendatur & specificè in eo describitur, *Quod ad Domum Jehovæ sit ascendendum, ad Portas S. Civitatis, & ad Atria ejus, cum celebratione Laudis, cum Hymnis, confitendo Nomini ejus.* Vers. 4. *Ingredimini Portas ejus cum celebratione & Atria ejus cum Laude, celebrate illum & benedicite Nomini ejus.* Indicio manifesto & irrefragabili, quod hoc ipso Magni Sabbathi tempore necessariò ejusmodi externa & visibilis Domus Jehovæ esse debebit, quæ Portas habeat & Atria, ad quæ confluent Populi Terra ad adorandum Jehovam, Deum & Regem totius Mundi. Qua de frequens mentio fit in Ezechiele, in postremis ejus Capitibus; & præcipue Cap. 46. 3, &c. Et Psal. 118, 19, 20. *Aperite mihi Portas Justitiae, & ingrediar eas, & celebrabo Iah.* *Hac Porta Ichovæ, Iusti intrabunt per eam.* Vive quoque Psal. 51. 20, 21. & Psal. 66. vers. 13, 14, 15.

Secundum hujus Psalmi Caput, *Cur scilicet vel quâ de causâ. Dominus ita Laudandus sit.* Id proponitur, vers. 5.

5. *Quoniam Bonus est Ichovæ, in sæculum Misericordia ejus, & usque in generationem & generationem Veritas ejus.*

En, Bonitas, Misericordia, & Veritas Domini, ut exordium fuere hujus Cantici, ita & Conclusionem ejus constituunt, hinc propriè & unicè scaturiunt quæcumque in hac Magni Sabbathi celebratione inter omnes Creaturas jubila au-dientur, vel conspicientur gaudia. Et quemadmodum omne Bonum unicè ab ipso

ipso descendit; ita & unicè ad ipsum revertetur. Tunc quippe clare agnosceretur, quod quācunque severitate contra peccatum & iniuriam hominum zelatus fuerit, non tamen idē Misericordiam ejus desiisse, aut immutatam fuisse. Et quamvis nos homines, five Judæi, five Gentes, ipsi infideles fuerimus, ipsum tamen sua Fidelitate erga nos nunquam defuisse: Sed continuò, de generatione in generationem, omnia applicuisse Media, quæ quocunque modo ad Quietem & Pacem nostram conducere poterant. Ubi hoc in Veritate agnoscatur, ibi etiam reverè laudatur Deus. Et quoniam hoc ipsum, in illo Magno Mille annorum Sabbatho, quām clarissimè & enucleatissimè agnosceret & conspicietur, ideo quoque tum demūn eminentissimo & perfectissimo modo J E H O V A laudabitur, benedicetur, & celebrabitur. Sic vidimus jam ix. distinctos, nobis in Magnum Sabbathum præscriptos Psalmos: Nunc decimus sequitur, qui D A V I D I inscribitur, quō tandem hoc Mysterium Magni Sabbathi clauditur.

## P S A L M . C I.

S E U

CANTICUM ipsius Regis C H R I S T I , quo Misericordiam & Judicium (duo Regni sui fulcra) publicè profitetur, tam respectu sui-ipsius, quām aliorum. Atque ita Novem Cantici Mosaïci partibus Decimam addens, compleat Denarium perfectionis Numerum.

1. **E**ia age, cantabo J O V A E miserentis Amores,  
Nec non Judicium quod dedit ille mihi.  
*Soli quippe Tibi Regni moderabor habenas,*  
*Te psallam, & Cantu Te celebrabo meo.*
2. Perfectam calcabo viam, & prudenter agendo,  
*Nullius inveniar Criminis esse reus.*  
*O quando venies, Regnique ut sceptra capessam,*  
*Consolerque Pios, iussa paterna dabis?*  
*Quandocunque dabis, perfecto incedere corde*  
*Meque meamque Domum continuè invenies.*

L

3. Non